

3. Prior, non duratione, aut perfecti-
one;
4. sed 1. ordine concipiendi nostro.
5. Eo quod generantem generato, co-
gitando præponimus.
6. 2. ordine operandi œconomico.
7. Eo quòd Creatorem priùs quàm
Redemptorem concipimus.
8. Utq; in œconomiâ creationis, UNUM DE-
UM Patrem agnoscimus:
9. ita in œconomiâ redemptionis peculiari-
ter UNUM DOMINUM, nempe *Filium*.
10. Ut tamen ideo neque *Filius* minùs
DEUS sit, quàm ipse Pater:
11. neque Pater minùs DOMINUS sit,
quàm ipse Filius.
12. Nec enim ex eo quòd proprium
est alterutrius, conceptus & definitio
Dei nostro arbitratu fingenda est:
13. sed in utrisq; potiùs inter se unitis
cum Sancto Spiritu,
14. & habentibus proinde ac respicientibus
se invicem perfectissimè,